



LISTINA PETRA Z KRAVAŘ

Z roku 1406

LISTINA PETRA Z KRAVAŘ

Z roku 1406



PETRUS DE CRAWAR,
DOMINUS PLUMLOWIENSIS ET SUPREMUS CAMERARIUS

CZUDE OLOMUCENSIS. Ad perpetuam rei memoriam universis et singulis, presentibus et futuris eupimus notum esse nostros cives fideles dillectos veteris et nove civitatis nostre Prostyeow, tota comunitate pariter advocata, ad invicem congregatos nos de suis iuribus, statutis et consuetudinibus clarissime informasse, qualiter in parte, ut putamus, mensura seu metreta grani, vini et cervisie pocionum Olomucensibus et in ceteris iuribus se Brunensibus civibus conformarent, sicque sub duarum civitatum consuetudinibus hucusque rem suam publicam direxisse; cum autem cohabitatores civitatum illarum et locum habeant contiguum et corpus faciant quasi unum, expedire videri, ut unius eciam predictarum civitatum adstricti iuribus alterius earum statutis et consuetudinibus pociantur. Et quia plus essent ad Olomucz tamquam propinquiorem civitatem propter comoda animo inclinati, ideo nobis humiliter communibus precibus instantissime supplicarunt, ut nostra indulgentia, sublatis de dictis civitati-

bus Brunensis civitatis juribus, regulis jurium Olomucensium uti eos de cetero sineremus, presertim cum facilius eis foret in eventum rei dubie cives Olomucenses consulere, quam Brunenses. Nos autem post expositionem clarissimam omnium premissorum in examen mature deliberacionis adduximus, ea omnia et singula, que petebant, tandem intellectis motivis eorum et discussis per rationes varias allegatis, omnia, que petebant, censuimus admittenda, presertim quia rite advertimus eos posse non modicum unitate hujusmodi in rebus temporalibus prosperari. Animo igitur deliberato voluntate libera ac de certa nostra sciencia, nostrorum fidelium consilio accedente, omnia illa jura et singula, quibus se Brunensibus civibus hactenus conformarunt, tollimus et quo ad eos anichilamus et de ipsis civitatibus nostris alienamus et abicimus decernentes expresse et vigore presentium statuantes ymmo omnino volentes, ut cives predicti in observacione omnium jurium civilium et municipiorum et eciam in mensuris seu metretis ac ceteris parvis et maximis negociis Olomucensibus civibus nunc et in antea temporibus affuturis per omnia se conforment. Et quia omnibus conatibus ad hoc intendimus, quatenus facultates predictorum civium nostrorum liberali munificencia augeamus, ideo de singularis nostre gracia indulgencia speciali sepedictis nostris civibus concedimus et favemus, ut cujuslibet civis et incole dictarum superius civitatum non relictis heredibus decedentis res ejus omnes et singule tam immobiles quam mobiles ad propinquiorem amicum et non ad nos, seu dominos loci, qui erunt pro tempore, sine contradiccione qualibet, prout hoc idem observari in Olomucz comperimus, revolvantur. Porro quanto desiderio res eorum cupiamus augeri, mentem nostram apud se habitam intelligant manifeste, damus et donamus civibus predictis, heredibus et successoribus eorum judicium seu advocaciam civitatis utriusque cum omnibus emendis et aliis fructi-

bus, utilitatibus et proventibus, de iisdem judiciis seu advocaciis quolibet causa seu racione convenientibus universis, cum theloneo et pleno jure fori, id est utilitatibus et fructibus pullis circa nativitatem Christi, ovis et caseis circa festivitatem Penthecostes anno quolibet, sicut ab antiquis temporibus a villanis et rusticis exigere et recipere est consuetum; simili modo emolumenta omnia et proventus, que de stacionibus panum ac panniluviiis, maccellis, seu mensis carnificum et carnes vendencium et insuper que pincerne sive propinatores cervisie solent dare, nichil nobis omnino heredibus et successoribus nostris in eisdem proventibus reservantes, per dictos cives heredes et successores eorum omnia predicta colligenda tollenda recipienda et secundum prisci temporis consuetudinem repetenda et in usus suos ac civium predictorum, prout eis melius videbitur, convertenda. Ita tamen, quod cives predicti, heredes et successores eorum pro tantis beneficiis, libertatibus, juribus, utilitatibus et fructibus ita benigno animo erogatis nobis heredibus et successoribus nostris dominis predictarum civitatum anno quolibet nonaginta marcas grossorum denariorum pragensium, pro termino sancti Wenceslai quadraginta quinque et pro termino sancti Georgii similiter quadraginta quinque marcas veri et justii reditus nomine censuabunt. Item respectu illius muneris, quo eis, ut devoluciones accipiant, donavimus jus civile, viginti octo marcas grossorum in festo sancti Wenceslai decem, in festo sancti Martini octo et in festo sancti Georgii decem marcas nobis, heredibus et successoribus nostris illarum civitatum dominis ipsi heredes et successores eorum in perpetuum semper dabunt. Et ut sint de donatis eis beneficiis libertatibus et donacionibus cerciores, nos Petrus superius nominatus pro nobis, heredibus et successoribus nostris bona fide sincere, animo deliberato, voluntate libera ac de certa nostra sciencia promittimus et spondemus sepredictos cives nostros fideles dillectos,

heredes et successores eorum circa libertates hujusmodi et indulta observare, nec quacumque ratione et causa quoquomodo in parte vel in toto violare, sed potius ex nunc et in perpetuum benigne generose et benivole observare. In cuius robur firmitatis sigillum nostrum majus de certa nostra sciencia presentibus appendi jussimus testimonio literarum. Datum in Prostyeow die et festo Penthecostes Anno domini, Millesimo Quadringentesimo Sexto.



PETR Z KRAVAŘ,
PÁN NA PLUMLOVĚ A NEJVYŠŠÍ KOMORNÍK CÚDY OLO-
MOUCKÉ. Na věčnou pamět všem a každému zvláště, nynějším i budoucím ve známost uvádíme, že naši měšťané, věrní a milí, Starého a Nového města našeho Prostějova s celou obcí, zároveň svolanou a vespolek shromážděnou, nás o svých právech, ustanoveních a obyčejích zcela jasně zpravili, kterak se v části [práv], jak se domníváme, v míře a měřici zrna, nápojů, vína a piva olomouckým a v ostatních právech brněnským měšťanům přizpůsobovali a že tak pod obyčejí dvou měst až dosavad svou obec spravovali; ale poněvadž spoluobyvatelé oněch měst k tomu mají jak souvislé místo, tak i tělo činí jako by jedno, že se zdá prospěšné, aby ti, kdož náležejí pod práva jednoho z řečených měst, také druhého z nich ustanovení a obyčejů užívali. A že více k Olomouci jako k bližšímu městu pro pohodlí jsou myslí nakloněni, protož jsou nás pokorně společnými prosbami velmi naléhavě prosili, abychom naším povolením, zrušivše v řečených městech práva brněnského města, řádů olomouckých práv jim v ostatním dopustili,

zvláště když jim bude snadnější o výsledku věci pochybné s Olomouckými se poraditi, nežli s Brněnskými. My pak po zcela jasném výkladu všeho napřed uvedeného na zkoušku zdravé úvahy jsme přivedli ty všechny a jednotlivé věci, za které žádali, a nakonec pochopivše jejich pohnutky a prozkoumajše rozličnými důkazy jejich doklady, všechno, oč žádali, usoudili jsme, aby jim dopuštěno bylo, zvláště protože jsme zpozorovali, že oni mohou nemálo takovou jednotou v časných věcech prospívati. Protož s dobrým rozmyslem, svobodnou vůlí a z jistého našeho vědomí a k tomu s radou našich věrných všechna ona práva i jednotlivá, jimiž se brněnským měšťanům dosud přizpůsobovali, rušíme a, co se jich týká, ničíme a z těchto našich měst odstraňujeme a zamítáme, rozhodující výslovně a mocí tohoto listu ustanovující, ano vůbec chtějí, aby řečení měšťané v zachování všech práv měšťanských a městských i také v měrách nebo v měřících i v ostatních malých i velikých věcech s olomouckými měšťany nyní i v budoucích časích ve všem se shodovali. A poněvadž se vším usilováním k tomu míříme, kterak bychom statky řečených měšťanů našich štědrým obdarováním rozmnožili, protož z obzvláštní dobrovosti i nevšední milosti naší často řečeným měšťanům našim tímto propůjčujeme a přejeme, aby kteréhokoliv měšťana a obyvatele svrchu řečených měst, smrtí sešlého bez dědiců, statky jeho všechny i jednotlivé, jak movité tak nemovité, na bližšího příbuzného a ne na nás nebo na nynější neb na pány města, kteří toho času budou, bez jakéhokoliv odporu připadaly, jakož jsme zvěděli, že se totéž v Olomouci zachovává. Dále jak s velikou touhou dychtíme statky jejich rozmnožiti, aby náš úmysl zřejmě chápali, dáváme a darujeme řečeným měšťanům, dědicům jejich i potomkům rychtářství nebo fojtství obojího města se všemi pokutami a jinými požitky, zisky a důchody, jež z těch rycht nebo fojtství z jakékoli příčiny přicházejí, s mýtem a s plným

právem trhovým, t. j. s užitky a požitky, s kuřaty kolem vánoc, s vejci a sýry kolem svátků svatodušních na každý rok, jak od prastarých dob od vesničanů a sedláků vybíráti a přijímáti jest obyčej; podobně všechny požitky a důchody, kteréžto z chlebnic, ze soukenických šráků, z jatek nebo krámů masařských nebo masa prodávatelů, i nadto které šenkýři nebo výčepníci piva mají v obyčeji dávat, vůbec nic nám, dědicům ani potomkům našim v těchto důchodech neponechávajíce, tak aby od řečených měšťanů, dědiců a potomků jejich všecky věci řečené sbírány, odnášeny a přijímány a podle zvyků dávných dob pohledávány byly a k potřebám svým i řečených měšťanů, jak se jim bude nejlépe zdáti, obráceny. Tak však, že měšťané řečení, dědicové i potomkové jejich za taková dobrodiní, svobody, práva, užitky a požitky s tak dobrotivou myslí vydané nám, dědicům a potomkům našim, pánům řečených měst, na každý rok devadesát hřiven grošů pražských, o sv. Václavě čtyřicet pět a o sv. Jiří též čtyřicet pět hřiven pravého a spravedlivého důchodu činžovati budou. Taktéž stran onoho věnování, jímž jsme jim dali městské právo, aby odúmrt přijímali, dvacet osm hřiven grošů, na svátek sv. Václava deset, na svátek sv. Martina osm a na svátek sv. Jiří deset hřiven, nám, dědicům a potomkům našim, oněch měst pánům, oni, dědicové i potomci jejich navždy a stále dávatí budou. A aby byli daných jim dobrodiní, svobod a darování jistější, my Petr svrchu jmenovaný za sebe, dědice i potomky své bezelstným způsobem, dobrým rozmyslem, svobodnou vůlí i z jistého našeho vědomí připovídáme a prislibujeme, že často řečené měšťany, naše věrné milé, dědice i potomky jejich při takových svobodách a výsadách zachováme a z žádného důvodu ani příčiny nijak je ani v části ani v celku neporušíme, ale spíše že je od nynějška i navždy dobrotivě, milostivě a blahovolně zachováme. Na mocnější potvrzení toho pečet naši větší z jistého našeho vědomí k to-

muto listu rozkázali jsme přivěsiti. Dáno v Prostějově v den a v hod
Seslání Ducha svatého, léta Páně tisícího čtyřstého šestého.

NEJSTARŠÍ DOCHOVANÁ LISTINA MĚSTA PROSTĚJOVA Z ROKU 1406.

Latinský originál je uložen v městském archivu prostějovském. Pro tisk připravil a český překlad pořídil Dr. Jan Kühndel, archivář města Prostějova. Grafickou úpravu provedl a kresbami doprovodil akademický malíř Ruda Kubíček. Na losínském papíře písmem Empiriana vytiskla ve 200 exemplářích knihtiskárna Václava Horáka v Prostějově. Účastníkům VIII. sjezdu moravských bibliofilů, konaného v Prostějově o letnicích 1936, věnuje číslované výtisky 1-165 MĚSTO PROSTĚJOV.

Tento výtisk má číslo 